Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs tertivs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Eamus.Pa.pergin'?Ch.certumſt.Pa.uide ne nimium callidum
hoc ſit modo,
Ch. Non eſt profecto,ſine.Pa.At enī in me iſtæc cudetur faba,ah
Flagitium,facinus.Ch.an id flagitiumſt,ſi in domum meretriciā
Deducar,& illis crucibus,quæ nos,noſtramq; adoleſcentiam
Habent deſpicatam,& quæ nos ſemper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiā,atq; eas itidem fallam,ut ab illis fallimur?
An potius hæc patiar?ah æquum eſt fieri,ut a me ludantur dolis.
Quod qui reſcierint,nulli culpent.Illd̄ merito factū oēs putēt.Pa.
Quid iſtic?ſi certumſt facere,facias,Verū ne poſt cōferas culpā in
Me,Ch.nō faciā.Pa.iubes ne?Ch.iubeo,immo cogo atq; impero.
Pa.Nunq̄ tuā fugiā authoritatem,ſequere.Ch.Dii uortant bene.

ACTVS TERTIVS.

THRASO MILES.GNATO. PARMENO.

¶Senarii,& Septenarii nonnulli.

Agnas uero agere gratias Thais mihi?Gn.
Ingentes.Th.ain tu lætaſt?Gn.non tam ipſo quidem
Dono,q̄ abs te datum eſſe,id uero ſerio
Triumphat.Pa.hoc prouiſo ut ubi tempus ſiet,
Deducam,ſed eccum militem.Th.eſt mihi iſtuc datum
Profecto,ut grata ſint(quæ facio)omnia.Gn.
Aduorti hercle animum.Th.uel rex ſemper maximas
Mihi agebat quicquid feceram,aliis non item.Gn.
Labore alieno magnam partam gloriam,
Verbis ſæpe in ſe tranſmouet,qui habet ſalem
Qui in te eſt.Th.habes.Gn.rex te ergo in oculis.Th.ſcilicet.
Gn.Geſtire.Th.uerum credere omnem exercitum,conſilia,
Gn.Mirum.Th.tum ſicubi eſt ſacietas.

Hominum aut negotii, Si quando odium cœperat,
Reqſcere ubi uolebat, q̄ſi noſtin. Gn. ſcio, quaſi ubi illã expueret
Miſeriam ex anio. Th. tenes, Tum me cõuiuã ſolũ abducebat ſibi.
Gn. hui Regem elegantem narras. Th. immo ſic homoſt
Perpaucorum hominum. Gn. immo nullorum arbitror
Si tecum uiuit. Th. inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum, ego floccipendere,
Illi inuidere miſere, uerum unus tamen
Impenſe elephantis quem Indicis præfecerat.
Is ubi moleſtus magis eſt, quæſo inq̃ Strato,
Eo ne es ferox, quia habes imperium in beluas. Gn.
Pulchre me hercle dictum & ſapienter, pape,
Iugularas hominem, quid ille? Th. mutus illico. Gn.
Quid ni eſſet? Pa. dii ueſtram fidem hominem perditum
Miſerumq;, & illum ſacrilegum. Th. quid illud Gnato?
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
Nunquid tibi dixi? Gn. nunq̃, ſed narra obſecro.
Plus milies iam audiui. Th. una in conuiuio
Erat hic quem dico Rhodius adoleſcentulus.
Forte habui ſcortum, cœpit ad id adludere,
Et me irridere. quid ais inq̃ homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Gn. ha, ha, hæ. Th.
Quid eſt? Gn. facete, lepide, laute, nihil ſupra.
Tuum obſecro ne hoc dictum erat? uetus credidi. Th.
Audieras. Gn. ſæpe, & fertur imprimis, Th. meumſt.
Dolet dictum impudenti adoleſcenti & libero. Pa.
At te dii perdant. Gn. quid ille quæſo? Th. perditus,

Riſu omnes qui aderant emoriri. deniq;
Metuebant omnes iam me. Gna. Non iniuria. Thra.
Sed heus tu, purgen ego me de iſtac Thaidi,
Quod eam me amare ſuſpicatur? Gna. Nihil minus.
Immo magis auge ſuſpicionem. Thr. Cur? Gna. Rogas?
Scin, ſi quando illa mentionem Phædriæ
Facit. aut ſi laudat, te ut male urat? Thr. Sentio. Gna.
Id ut ne fiat hæc res ſola eſt remedio.
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo. ſi quando illa dicat, Phædriam
Intromittamus commeſſatum. tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formã. tu huius contra. deniq;
PAR pari referto, quod eam mordeat. Thr.
Si quidem me amaret, tum iſtuc prodeſſet Gnato. Gna.
Quando quidem id quod tu das expectat atq; amat,
Iam dudum amat te, iam dudum illi facile fit
Quod doleat. metuet ſemper, quem ipſa nunc capit
Fructum, nequando iratus tu alio conferas. Thra.
Bene dixti. at mihi iſtuc non in mentem uenerat. Gna.
Ridiculum, non enim cogitaras. cæterum
Idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo?

THAIS. THRASO. PARMENO GNATO. PYTHIAS. ANCILLA.

¶ Senarii omnes.

Vdire uocem uiſa ſum modo militis.
a Atq; eccum, ſalue mi Thraſo. Thra. o Thais mea,
Meum ſuauium, quid agitur? Ecquid nos amas
De fidicina iſtac? Par. q̃ uenuſte, quod dedit

Principium aduenïens.Th.plurimũ merito tuo.Gna.
Eamus ergo ad cœnam, quid ſtas? Par.Hem alterum
Ex homine hunc natum dicas.Th.ubiuis non moror.Par.
Adibo, atq; adſimulabo,quaſi nunc exeam.
Ituran Thais quopiam es? Th.Hem Parmeno,
Bene feciſti, hodie itura.Pa.Quo?Th.quid? hunc uides? Par.
Video, & me tœdet, ubi uis dona adſunt tibi
A Phædria.Th.Quid ſtamus? cur non imus hinc? Par.
Quæſo hercle, ut liceat: pace quod fiat tua:
Dare huic quæ uolumus, conuenire, & colloqui.Thr.
Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia. Par.
Res indicabit, heus iubete iſtos foras
Exire quos iuſſi.ocyus tu procede huc,
Ex Aethiopia eſt uſq; hæc.Thr.Hic ſunt tres minæ.Gna.
Vix.Par.ubi tu es Dore? accede huc, hem Eunuchum tibi
Quam liberali facie, q̃ ætate integra. Th.
Ita me dii ament honeſtus eſt.Pa.Quid tu ais Gnato?
Nunquid habes, quod conteñas? quid tu aũt Thraſo?
TACENT, ſatis laudant.fac periculum in litteris
Fac in paleſtra, in muſicis, quæ liberum
Scire æquum eſt. adoleſcentem ſolertem dabo. Thr.
Ego illum Eunuchum, ſi opus ſiet, uel ſobrius. Par.
Atq; hæc qui miſit, non ſibi ſoli poſtulat
Te uiuere,& ſua cauſſa excludi cæteros.
Neq; pugnas narrat,neq; cicatrices ſuas
Oſtentat,neq; tibi obſtat,quod quidam facit.
Verum ubi moleſtum non erit,ubi tu uoles,
Vbi tempus tibi erit,ſat habet ſi tum recipitur.Th.

Apparet hunc ſeruum eſſe domini pauperis
Miſeriq;. Gna. nam hercle nemo poſſit, ſat ſcio
Qui haberet, q̃ pararet alium hunc peperti. Par.
Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos
Homines. nam qui hic animũ adſentari induxeris,
E flamma te petere cibum poſſe arbitror. Thr.
Iam ne imus? Tha. Hos prius introducam, & quæ uolo
Simul imperabo, poſtea continuo exeo. Thr.
Ego hinc abeo, tu iſtanc operire. Par. haud conuenit
Vna ire cum amica imperatorem in uia. Thra.
Quid tibi ego multa dicam, domini ſimilis es. Gn.
Ha, ha, he. Thr. Quid rides? Gn. iſtuc quod dixti modo.
Et illud de Rhodio dictum in mentem uenit.
Sed Thais exit. Thr. Abi, præcurre ut ſint domi
Parata omnia. Gn. Fiat. Tha. Diligenter Pythias
Fac cures, ſi Chremes huc forte aduenerit,
Vt ores, primũ ut maneat, ſi id non commodumſt
Vt redeat, ſi id non poterit, ad me adducito. Py.
Ita faciam. Tha. Quicquid aliud uolui dicere. ehem
Curate iſtam diligenter uirginem,
Domi adſitis, facite. Thra. Eamus. Tha. Vos me ſequimini.

CHREMES. PYTHIAS. ANCILLA.

℃ Senarii omnes.

PRofecto quanto magis magiſq; cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnũ malum.
Ita me uideo ab ea aſtute labefactarier,
Iam tum, cum primũ iuſſit me ad ſe accerſier.
Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem.

Vbi ueni, cauſſam ut ibi manerem, repperit.
Ait rem diuinam feciſſe, & rem ſeriam
Velle agere mecum. iam tum tum erat ſuſpicio,
Dolo malo hæc fieri omnia. ipſa accumbere
Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere.
Vbi friget, huc euaſit, quam pridem pater
Mihi & mater mortui eſſent, dico iam diu.
Rus Sunii & quod habeam, & q̃ longe a mari.
Credo ei placere hoc, ſperat ſe a me auellere.
Poſtremo, & qua inde parua periſſet ſoror,
Et quis cum ea una, quid habuiſſet cum periit,
Et quis eam poſſet noſcere. hæc cur quæritet
Niſi illa forte, quæ olim periit paruula
Soror, hanc ſe intendit eſſe, ut eſt audacia.
Verum ea ſi uiuit, annos nataſt ſedecim,
Non maior. Thais q̃ ego ſum maiuſculaſt.
Miſit porro orare ut ueniré ſerio.
Aut dicat quod uolt, aut moleſta ne ſiet,
Non hercle ueniam tertio. heus heus. Py. ecquis hic eſt? Ch.
Ego ſum Chremes. Py. o capitulum lepidiſſimum. Ch.
Dico ego mihi inſidias fieri. Py. Thais maxumo
Te orabat opere, ut cras redires. Ch. rus eo. Py.
Fac amabo. Ch. non poſſum inquã. Py. at tu apud nos hic mane,
Dum redeat ipſa. Ch. nihil minus. Py. cur mi Chremes? Ch.
Malam in rem hinc ibis. Py. ſi iſtuc ita certumſt tibi,
Amabo ut illuc tranſeas, ubi illaſt. Ch. eo. Py.
Abi Dorias cito, hunc deduce ad militem.

ANTIPHO ADVLESCENS.

❡ Senarii, Septenarii Quadrati.

Eri aliquot adulescentuli coimus in Pyræo,
h In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus. Chæream ei rei
Præfecimus, dati anuli, locus, tempus conſtitutumſt.
Præteriit tempus. quo in loco dictumſt, parati nihil eſt.
Homo ipſe nuſquamſt, neq; ſcio quid dicam, aut quid coniectẽ.
Nunc mihi hoc negoti cæteri dedere, illum ut quæram.
Idq; adeo uiſam ſi domiſt. ſed quisnam hinc a Thaide exit?
Is eſt, an non eſt? ipſus eſt, quid hoc hoīs? qui hic ornatus eſt?
Quid illud mali eſt nequeo ſatis mirari, neq; coniicere.
Niſi quicquid eſt, procul hinc lubet prius quid ſit ſciſcitari.

CHAEREA. ANTIPHO.

℄ Octonarii, & Septenarii.

Vnquis hic eſt? nemo eſt, nunquis hinc me ſequitur,
n nemo homoſt.
Iam ne erũpere hoc licet mihi gaudiũ? Proh Iuppiter
Nunc eſt tempus profecto interfici, cum perpeti me poſſum,
Ne hoc gaudium contaminet uitã ægritudine aliquã.
Sed neminem curioſum interuenire nunc mihi uideo.
Qui me ſequatur. quiq; iam rogitando obtundat, enecet,
Quid geſtiam, aut quid lætus ſim, quo pergam, unde emergam,
ubi ſiem (ſaniam. Anti.
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim, an ne in-
Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam uideo uelle, inibo.
Chæreã, quid eſt qđ ſic geſtis? quidue ſibi hic ueſtitus quærit?
Quid eſt qđ lætus ſis? quid tibi uis? ſatin ſanus? quid me aſpectas?
Quid taces? Chæ. O feſtus dies hominis, amice ſalue.
Nemo eſt oīm, quem ego magis nunc cuperem uidere q̃ te. An.
Narra iſtuc quæſo quid ſiet. Chæ. Immo ego te obſecro hercle

ut audias. idem.Chæ.
Noſtin hanc, quam amat frater? An. Noui, nempe opinor Tha-
Iſtã ipſam. Anti. ſic cõmeminerã. Chæ. q̃dã hodie eſt ei dono data
Virgo, qd ego eius tibi nũc faciem prædicẽ aut laudem Antipho,
Cum ipſum me noris, q̃ elegans formarum ſpectator ſiem?
In hac commot⁹ ſum. An. ain tu? Chæ. primã dices ſcio, ſi uideris.
Quid multa uerba? amare cœpi. forte fortuna domi
Erat quidam Eunuchus, quẽ mercatus fuerat frater Thaidi.
Neq; is deductus etiam tum ad eam. ſummonuit me Parmeno
Ibi ſeruus, quod ego arripui. An. qd id ẽ? C. tacit⁹ ſis, citius audies.
Vt ueſtem cum illo mutem, & pro illo iubeã me illuc ducier. An.
Pro Eunuchon? Chæ. Sic eſt. An. Quid ex ea re tandem caperes cõ-
modi. Chæ.
Rogas? uiderem, audirẽ, eſſem una qua cũ cupiebam Antipho.
Num parua cauſſa, aut parua ratio eſt? traditus ſum mulieri.
Illa ilico ubi me accœpit, læta ad ſe adducit domũ. (mẽ. Chæ.
Commendat uirginẽ. An. cui? tibi ne? Chæ. mihi. An. ſatis tuto ta-
Edicit, ne uir quiſq̃ ad eam adeat, & mihi ne abſcedã imperat.
In interiore parte, ut maneam ſolus cum ſola. adnuo,
Terrã intuẽs modeſte. An. miſer. Chæ. ego inq̃t ad cœnã hinc eo,
Abducit ſecum ancillas. paucæ quæ circũ illam eſſent, manent
Nouitiæ puellæ. continuo hæ adornant, ut lauet.
Adhortor properent. dum apparatur, uirgo in conclaui ſedet,
Suſpectans tabulam quandã pictã, ubi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danaæ miſiſſe aiunt quondã in gremiũ imbrẽ aureũ.
Egomet quoq; id ſpectare cœpi. & quia conſimilem luſerat
Iam olim iſſe ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,
Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atq; per alienas tegulas

Veniſſe clanculum per impluuium, fucumfactum mulieri,
At quem deum? qui templa cœli ſummo ſonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud uero ita feci ac lubẽs.
Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatum interea uirgo,
It, lauit, redit. deinde illam in lecto illæ collocant.
Sto expectãs, ſi qd mihi imperent. uenit una, heus tu (inqt) Dore,
Cape hoc flabellum, & uentulum huic ſic facito dum lauamus.
Vbi nos lauerimus, ſi uoles lauato. accipio triſtis. An.
Tum equidem iſtuc os tuum impudens uidere nimium uellem
Qui eſſet ſtatus, flabellum tenere te aſinum tantum. Ch.
Vix elocutaſt hæc, foras ſimul omnes proruunt ſe,
Abeunt lauatum, perſtrepunt, ita ut fit, domini ubi abſunt.
Interea ſomnus uirginem opprimit. ego limis aſpecto
Sic per flabellum clanculum, & ſimul alia circumſpecto
Satin explorata ſint. uideo eſſe, peſſulum hoſtio obdo. An.
Quid tum? Ch. quid tum fatue? An. fateor.
Ch. an ego occaſionẽ mihi oſtẽtatã tã breuẽ, tã optatã, tã iſperatã
Amitterem? tum pol ego is eſſem uere qui aſſimulabar. An.
Sane hercle ut dicis, ſed interim de ſymbolis quid actumſt? Ch.
Paratumſt. An. frugi es, ubi? domin? Ch. immo apd libertũ diſcũ,
An. Perlongeſt. Ch. ſed tãto otius properemꝰ. An. muta ueſtẽ. Ch.
Vbi mutem? perii. nam domo exulo, nunc metuo fratrem
Ne intus ſit. porro autem pater ne rure redierit iam. An.
Eamus ad me, ibi proximunſt ubi mutes. Ch. recte dicis,
Eamus. & de iſtac ſimul re, quo pacto porro poſſim
Potiri, conſilium uolo capere una tecum. An. fiat.

ACTVS QVARTVS.

DORIAS ANCILLA

¶ Eiuſdem rationis.